Favonius auris seminibus sine,
Mulcebat flores, terra inarataque
Fruges ferebat, sollicitaverat
Quem nemo rastri pondere scitili,
Canebat aristis ager aridis.
Jam lactis ibant flumina nectaris,
Stillabat et mel de viridi ilice.
Postquam Saturno in tartara squalida
Misso, potenti sub Jove terra erat,
Proles subitque argentea, vilior
Auro, aere fulvo sed pretiosior.
Veris retraxit tempora Juppiter,
Nec non per aestus, perque acres hyemes
Autumnum, et ipsum Ver breve, partibus
Egit orbem quattuor annum.
Tunc aer ustus canduit aestibus,
Ventis pependit stiria frigida.
Subiere tectum, antrum fuit anteà,
Frutexque ligatae et cortice virgulae.
Tunc semina et sulcis Cerealia
Sunt obruta, adnoti gemuereque
Jugo juvenci semineas malo.

Fab. II.

Secuta proles tertia aenea est,
Atrox, ad arma ad promptior horrida,
Scelesta, verùm non eadem tamen